Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem se ipsum homo: et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit: non dijudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et infirmi et dormiunt multi. Quod si nos metipsos dijudicaremus: non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: ut non cum hoc mundo damnemur. ℣. John.

Ante diem festum pasce sciens iesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor ut tradat eum iudas simonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus et quia ab deo exiit et ad deum uadit: surgit a cena et ponit uestimenta sua. Et cum accepisset linteum: precinxit se. Deinde mittit aquam in pelvim: et cepit lauare pedes discipulorum et extergere linteo quod erat precinctus. Venit ergo ad simonem petrum: et dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Respondit iesus et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei petrus. Non lauabis mihi pedes in eternum. Respondit ei iesus. Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei simon petrus. Domine: non tantum pedes: sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet: sed est mundus totus. Et uos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quis esset qui traderet eum: propterea dixit non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum et accepit uestimenta sua: cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim uobis? Uos uocatis me magister et domine et benedicitis: sic enim sum. Si ergo lauui uestros pedes dominus et magister: et uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis: ut quemadmodum ego feci uobis: ita et uos faciatis. Fer. vi. in pascha

In tribulacione sua mane consurgent. l. sine titulo.

adme. Venite et reuertamur ad dominum: quia ipse cepit et sanabit nos: percutiet et curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et uiuemus in conspectu eius. sciemus sequemur que ut cognoscamus dominum. Quasi diluculum paratus est egressus eius: et